Ps. Cantate domino canticum nouum laus eius. Totus dicatur sine Gloria patri. Et post ps. a. repetatur. Qua dicta pontifex dicat. Oremus. Oratio.

Deus qui in omni loco dominationis tue clemens et benignus dedicator existis. exaudi nos quesumus et concede ut inuiolabilis huius permaneat consecratio et beneficia tui muneris uniuersitas fidelium quod supplicat percipere mereatur. Per christum dominum nostrum. R. Amen. Et mox facit cum pollice singulas cruces de crismate in .iiii. angulis confessionis seu foraminis siue sepulcri in quo reliquie debent recondi. dicens faciendo unamquamque crucem. Consecretur et sanctificetur hoc sepulcrum. In nomine patris et filii et spiritus sancti. pax huic R. Amen. Deinde icludit ibi uasculum cum reliquiis que uenerant quibus reclusis inchoat et scola prosequitur. Antiphonam.


Sub altari dei sedes accepistis



intercedite pro nobis ad dominum ihesum cristum.
℣ Exultabūt scī in glīa. totus dicatur sine Glīa pᵃ. et .ā.
repetatᵘʳ. Item si uelint cantēt. ℟ʼn. Sub altari audiui uoces.
·℣· Uidi subaltare dei. ℟e sub festo inocentiū. post thuri
ficat añ reliqās inclusās. Quo fcō accipiēs tabulā seu lapi
dem cū quo debȝ claudi foramen seu sepulcrū facit cum po
llice crucē de crismate in medio eiᵘˢ de subtus dicens. Conse
cretur ⁊ scificetur hec tabula ul. hic lapis p istam unctionē
⁊ dei bñdictiōem. In noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ sp̄s scī. pax ✠ tibi ℟.
Amen. Et mox ponit ⁊ coaptat tabulam seu lapidem sup
foramen seu sepulcrū claudēs illd. et inchoās scola, p sequit
.ā.



Corpora sanctorum in pace sepulta sunt et uiuunt



nomina eorum in eternum. Glīa pᵃ. post hͻ dicit. Oremᵘˢ oro
Deus qui ex omni coaptatioē scōr. etinum
magestatis tue cōdis habi
taculū de edificatōni tue incremēta celestia. ut quor reliqᵃˢ
hic pamore cōplectimᵘʳ eor semp meritis adiuuemᵘʳ. p xp̄m.
dnm̄. ℟. Amen. Tūc cōpus incipiente hec facere ministri
et cementarij cum cemento bñdicto firment ipām tabulā
seu lapidem sup foramen seu sepulcrū. Quo fcō facit crucē
cū pollice de crismate de sup dicēs. Signetᵘʳ ⁊ scīficetᵘʳ. In noīe
pr̄is ⁊ filij ⁊ sp̄s scī. pax ✠ tibi ℟. Amen. Deinde offerens ma-

nibus unctis. turribulū cū thure. Inchoat scola prosequte
offert. Stetit angelus iux. et finitur sine. Allā. Re sub festo
dedicatiōis bti michael. et dū cantat thurificat altare un
diq3 ad dextrū ⁊ sinistrū latus ant̃ ⁊ desup donec p̃missū
offertoriū. finiatur. Quo finito dicit corā altari Ore. Oratio.
Dirigatur oro nr̃a q̃sumus dn̄e sicut incensum in cons
pectu tuo et copiosa beneficia xp̄ianus pp̄lis assequat
ut quicumq3 tibi in hoc altari sacrāda libamīa deuote obtu
lerit ul' sacrata susceperit et uite subsidia presentis accipi
at et remissionē omnium peccorum parit cōsequatur ⁊ gr̃ãz
sempiterne redemptiōis p̃cipiat. P xp̄m dn̄m nr̃m. R Am.
Premissa aūt obsuant' qn̄ foramē seu sepulcrū fit imedio
are seu altaris in pte supiori ul' etiā in stipite altaris a parte
anteriori ul' posteriori. tūc ei ara seu ipm altare p̃usq̃m hec fiat
stipitem leuatur ⁊ collocatur atq3 firmatur. et postea reliq̇e
recludūtur ⁊ fiunt inunctiōes ⁊ alia ut p̃missum ē. Si uero
sepulcrum fit imedio sūmitatis stipitis. Tūc imediate post
bn̄dictiōem t'minatur. S. in ·f·. Aqua igit' debet fieri reliq̇arum
deportatio ⁊ reclusio q̄ icipit. S. in ·f·. hys pactis. Et ptenditur
usq3 ad p̃ncipui hui'. Rec. q̄a añ illarum reclusionē nō pt ara sup
stipitē collocare ñ altare cō secrī. Vn tūc reclusiōe facta statim
sacdotes ⁊ leuite. missam seu altare leuāt et collocant i titulū
siue sup stipitē ⁊ cemtarij cū calce predicta liniunt ⁊ firmant.
Et dum hec fiunt scola cantat. Responsum.



Vos sacerdotes et leuite sanctificamini et afferte

arcam domini dei israel ad locum qui ei paratus est. ℣.

Uos sancti domini uocabimini ministri dei nostri dicetur

uobis sit timor dei uobiscum et cum diligentia cuncta


facite. .℟. Et afferte. ℣. Leuate sacrificium et uenite

in conspectu domini et adorate dominum in atrio sancto.

.℟. Ad locum. ℣. Confortamini et agite diligenter

et erit dominus uobiscum in bono. .℟. Et afferte. ℣.

[illegible] 8



Deducamus archam federis domini in iubilo et in




sonitu buccine in cimbalis et cytaris concrepantes. ps. Ad loca.
Eleuata itaqz ara et collocata et bene cum cemento pmisso firmata et liniita. tunc pontifex ingredit altaris consecratione; faciens sup illud cu pollice cruces de pdca aqua bndicta fi etia circuit et aspsiões altaris et cete sulla cosectur: et alia q sup scripta sunt. a. f. Aqua igit. usqz ad reliqar de portatioe; usqz ad f. huis pactis. Post hec ul si prius ara leuata et collocata fuerat stati dicta pmissa orone. Dirigatur: potifex extgit mesam altaris cu linteo mudo. et mox thurificat sup illa in modu crucis in medio et in. iiii. ei cornibz. Incohans scola psequente. R. Dirigatur oro mea. V. Eleuatio manu. Re infra de altaris portatil dedicat. et du cantat circuit ter altare semp et cotinue thurificando. finito. Rnso. in



cha et scola prosequitur:

Erexit iacob lapidem intitulum fundens Antiph.



oleum de super. Ps. Qua dilecta tabnacula. totus dicit sine Glia pri. Et int sacdos cotinue thurificet altare pcircuitu donec osectio finiat. du aut dicitur. ae. et ps. pontifex facit cruces de oleo sco cathecuminor cu pollice

in medio altaris et in quatuor eius cornibus in locis illis quibus fecerat cruces de aqua benedicta dicens faciendo singulas cruces. Sanctificetur et consecretur lapis iste. In nomine patris et filii et spiritus sancti. In honorem dei et gloriose virginis marie et omnium sanctorum ad nomen et memoriam sancti talis. pax ✠ tibi. R. Amen. Deinde incipiens iterum thurificare altare. Inchoat et scola, prosequitur. a.



Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo

Et dum cantatur circuit semel altare thurificando illud. Deinde dicat Oremus. Et diaconus Flectamus genua. Levate. Oratio.

Adsit domine misericordie tue ineffabilis pietas et super hunc lapidem opem tue bene✠dictionis et virtutem unctionis infunde. ut te largiente referat premium quisquis intulerit votum. Per christum dominum nostrum. R. Amen. Oratione finita inchoat et scola, prosequitur. a.



Mane surgens iacob erigebat lapidem in titulum



fundens oleum desuper votum vovit domino vere



locus iste sanctus est et ego nesciebam.

ps. Bonum est confiteri domino. totum dicatur sine. Gloria patri. Repetendo a.

p singulos ursus sine cessatione fiunt. et dum dicitur. a. et ps. pontifex facit iter cruces cum pollice de eodem oleo scõ in eisdem locis dicens

Sanctificetur et c. et thurificans et inchoans. a. Dirigatur. postquam iam in precedenti unctione dixit et fecit usque ad Ricam illam et dum cantatur et c. Quibus expletis dicit. Oremus. Et diaconus. Flectamus. ge. le.

Adesto dñe dedicationi huius misse tue et in eam que a nobis oraō. indignis scõ liniita sunt oleo ben ✠ dictionis et sancti ✠ ficationis tue virtutem et consecrationem infunde. Qui vivis et regnas. ℟ Amen. Alia oratio quam quidam dicunt. Oremus.∴ Oratio.

Omnipotens sempiterne deus altare hoc quod in honore tuo et memoria sancti tui tal. et omnium sanctorum tuorum indigni dicamus virtute tue benedictionis sanctifica. et omnibus te hic invocantibus atque in te sperantibus auxilii tui munus ostende. ut huic altari imposita munera semper accepta fieri digneris. et in eorum sacrificatorum virtus et votorum semper optineatur effectus. Per xpm dnm. ℟ Amen. Deinde incipit eps et scola prosequitur. a.



Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. ps. Eructavit cor meum. totus dicatur repetendo ipsam a. per singulos versus sine cessatione fiunt. dum autem. a. et ps. dicitur facit eps cruces de crismate scõ cum eodem pollice in eisdem locis in quibus eas prius fecit de oleo scõ dicens et thurificans et inchoans. a. Dirigatur. postquam in prima unctione de oleo dixit et fecit. post hec dicat. Oremus Et diaconus. Flectamus. ge. le. oraō. ÷ tribus vicibus.

Descendat quesumus dñe deus noster sps tuus super hoc altare qui et dona nostra ac populi tui in eo sanctificet ut sumentium corda dignanter emundet. Per dñm. In uni. eiusdem sps. s. deus. ℟ Amen. Qua dicta et scola prosequitur. a.

Sanctificauit dominus tabernaculum suum et hec est domus dei in qua inuocetur nomen eius de qua scriptum est et erit nomen meum ibi dicit dominus.

ps. Deus nr refugiu. tot' dicat' sine. Glia pri. ? si nece fuit repetat'. a'. p singl'. v'. dum dicitur. a'. i ps. fundit ? sgit oleum et crisma sup altare. confricans liniens ? puncges totu manu sua.

Quo facto incipit antiph.

Ecce o dor filij mei sicut o dor agri pleni cui benedi xit domi nus crescere te fa cia at de us me us sicut are nam ma ris et donet ti bi de rore celi benedic tio nem. Euouae.

ps. Fundamenta eius totus dicatur sine Glia pri. Oro

Lapidem hunc fres kmi in quo unguentum sacre unctionis effundit' ad suscipienda ppli sui uota et sacrificia orem' ut dns cosecret atq; bn ✠ dicat et

qđ eſt unctū a nob̄ ſit unctū. in noīe eius ut plebis uota ſuſcipiat
ı altario pſacrãm unctiōem pſtō diuīn ꝓpiciationē ſacror impoīm
ipī ꝓpiciatores dei eē mereāīn. P xp̄m. dn̄. nr̄. Qui uiuit cū eo. in. ireg. ℟ Am.

Qua dicta inchoat antiph





ps. Lauda ihr̄lm. totus dī cum Glia pū. Quo in ſupioribꝫ nō dicat̄ ı ſi eccā cōſecratur ı dū ipa .a. ı ps dicitur pontifex circuit
eccliā ı faciat cruces ı intrinſecus hoc modo. Incipiens ei p altare ab
oriente. girat ſe ꝓcedit uſus aquilonē faciēs. xii. cruces ı parietibus
depictas ſup quas ſūt. xii. candele illuminate afixe dicens faci
endo unanquamqꝫ crucem. Sanctificetur ı cōſecretur hoc templū
In noīe pr̄is ı filij ı ſp̄s ſcī. in honorē dei ac glioſe uirginis marie ı
oīum ſcōr ı memoriam tal' ſcī. pax ✠ tibi. ℟ Am. thurificando
singulas cruces ı cū expletus fuit p̄dcs ps. cum antiphis. dicatur
ſeqntia. Laudes crucis attollamus. ut Benſum. hec eſt ihr̄lm ciuitas
ſcā. ı ſi neceē fuit Benſum. Platee ihr̄lm. Hijs pactis ad altare reuītitur
ı thurificans ſup illō inchoat .a. ſeqntem. Qñ in uō eccā nō cōſecre
tur ſꝫ ſolū altare nō fuit p̄dci circuitus ı cruces. Sꝫ statim dictis
p̄miſſa .a. ı ps. inchoat .a. Edificauit moyſes altare dn̄o deo. Et
mox dicat. Oremus Et diaconus. Flectamus genua leuate. Orō.

Deī pr̄is omīpotētis miām depcemur dilectiſſimi frēs. ut altare
hoc ſacrificijs ſpūalibꝫ imbuendū nr̄i uocis exoratus officio.
p̄ſenti bene ✠ dictione ſāficet atqꝫ in eo ſemp oblatiōes famulorū
ſuor ſtudio ſue deuotiōis impoſitas benedicē ı ſāficare dignet̄

et spirituali placatus incenso precanti familie sue promptus et benignus exauditor existat. Per dominum nostrum ihesum christum filium suum. R. Amen. Vel de benedictione incensi super altare circumadeundum. Benedictio incensi. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus Oratio. Domine deus omnipotens cui astat exercitus angelorum. Hec in festo sub benedictione nove crucis. Et Incenso itaque benedicto formet propria manu quinque cruces ex eo videlicet quamlibet de quinque granis super illa quinque loca altaris in quibus cruces de aqua oleo et crismate prius facte fuerunt. Et super quamlibet crucem thuris ponat unam crucem factam de subtili candela ad mensuram illius et capitibus crucis capita sint illuminata ut sit etiam thus incendatur et cremetur vel si velit ponat binas cruces de candela ut thus circum comburatur. Omnibus autem cereis accensis flexis coram altari genibus inchoat et scola prosequatur.




Et offert'. Sicut angelus. Hec sup. qd finit' sine alla. potest eti
am repeti sine ee fiut p missum Rnsum Dirigatur oro. Qb'
finitis pontifex ante altare stans dicat Oremus. Et diaco'
flectamus genua. Leuate. Oratio.

Dne sce pr omps etne deus clemes 7 ppcius pces nre
humilitatis exaudi. 7 respice ad hui' altaris tui holocau
stum qd no igne uisibili pbetur. s; infusum sci sps tui gra in
odorem tue suauitatis ascendat. Et legitime se sumtibus
eucharistia medicabilis fiat. 7 ad uita p ficiat sempitnam. P.
dnm nrm. In unitate eiusdem. R. Amen. Post hec cobustis can
delis 7 thure. cineres illius cobustiois abrasi abaru altaris cu
lignis paruis collecti in aliq uase proiciunt' i fontes 7 potifex
ante altaris gradus dicat iter Ore. Et diacon'. Flectam'. ge. Le.

Deus omps in cui' honore btissime uginis marie et Oro.
omnium scor inom 7 memoria satu talis indigni altare h'
consecramus clemens 7 ppicius pces nre humilitatis exaudi. 7 pta
ut hac mensa sint libamina tib accepta. sint grata sint pinguia
7 sps sci semp rore pfusa. ut omi tpre hoc i loco supplicantis t
familie tue. anxietates releues. egritudines cures. pces exau
dias. uota suscipias. desiderata cofirmes. postulata cocedas.
P dnm. n. i. x. fi. tuu. Q ui tec. ui. 7 reg. In unitate ei'. R. Amen.
Deide dicat uoce media iunctis maib; an pectus ppho bti Ambrosii.




Per omnia secula seculorum. Dominus uobiscum. Sur



sum corda. Gratias agamus domino deo nostro. Uere

dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et
ubiqꝫ gratias agere. Domine sancte pater omnipotens et
clemens cuius nec initium nec finis advertitur. Qui tan
tus es quantus esse voluisti. scilicet sanctus atqꝫ mirabilis
deus cuius virtutem elementa non capiunt te benedici
mus te supplices deprecamur ut tibi sit altare hoc sicut
illud quod abel salutaris mistery in passione precursor
iugulatus a fratre novo sanguine imbuit et sacravit. Sit
tibi domine altare hoc sicut illud quod abraham pater


noster qui uidere timuent et sacrauit. Et inuocato tuo noīe
consecrauit in quo per sacerdotem melchisedech sacrifici’
formam triumphalis expressit. Sit tibi altare hoc dn̄e
sicut illud super quod abraham seminarium fidei nostre
ysaac filium suum dum tibi toto corde credidit corde
imposuit in quo salutaris misterii sacramentum dn̄ice
passionis ascensum est dum offertur filius agnus de
ciditur. Sit tibi altare hoc domine sicut illud quod
ysaac puerum profunde puritatis inueniens habundan-


cie ei nomen imponens tue magestatis dicauit. Sit
tibi domine altare hoc ſicut illud quod moyſes ſuſéptis
mandatis in prefiguratione apoſtolica applicauit et
duodecim lapidum conſtructione firmauit. Sit tibi
domine altare hoc ſicut illud quod moyſes ſeptem dieꝝ
purificatione mandauit. Et celeſti tuo alloquio ſancta
ſanctorum uocauit ſicut locutus es ad moyſem dicens.
Si quis tetigerit altare hoc ſanctificatus habeatur.
Sit ergo in hoc altari innocencie cultus. imoletur ſuper

bia. iracundia iuguletur. luxuria omnis qz libido feri

atur. Offeratur pro turturibus sacrificium castitatis.

pro pullis columbarum innocentie sacramentum.

Quod sequitur dicitur plane legendo. Per omnia s. s. R.

Amen. Prephatione finita ungit cō crisma frontem

altaris in modum crucis. Incloans i scola p sequnte. a.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis

a templo sancto tuo quod est in ierusalem alle

luya alleluya. ps. Exurgat deus Et dicitur ter

cum Gloria patri. Oremus. Oratio

Magestatem tuam ops deus humilit implorarnus ut altare

hoc sacre unctiois libamine ad suscipienda ppli tui munia

i unctu potent bndice ✠ re et scā ✠ ficare digneris.

ut qd nunc a nob indignis sub tui nois iuocatione i honore

btissime ṽginis marie ⁊ oīum scōꝝ atq; in memoriam sci m̃ris
ul' cōfessoris tui. ill'. sacro sci crismatis est unctiōe delibutum
placeat tibi atq; altare maneat ꝑpetuū ut quicq̄d deinceps
sup illud oblatum sacratū ue fu̾it dignū tibi fiat holocau
stū atq; omniū hic offerentiū sacrificia a te pio dn̄o benigne
suscipiant. ⁊ p uincula peccōꝝ ea absoluant. macule deleantur. ue
nie impetrentur. grã acquirantur. quaten' una cū scīs tuis ⁊ elec
tis tuis uitā ꝑpetuē mereantur eternam. P xpm̄. do. nr̄m. ℞. Amen.
Subsequentes inungit cū crismate ī modū crucis ⁊ in unctiōis mēse
seu tabule ⁊ tituli seu stipitis in quatuor angulis quasi illa con
iūgens ⁊ sigillans dicens in qualibz cruce In noīe patris et filii et
spiritus sancti ℞ Amen. Deinde dicit Oremus. Oratio.
Supplices te deꝑcamur omps̄ etne deus ꝑ unigenitum filiū tuū
dnm̄ nrm̄ ihm̄ xpm̄ ut altare hoc scīs usib; ꝑparatum celesti
bn̄ Bdictione scifices ut sicut melchisedech sacdos pⁱpⁿu oblatio
tionem dignatione mirabili suscepisti. ita imposita nouo huic ꝗ
altari munera semꝑ accepta ferre digneris ut ppl's qui in hanc
eccē domū scām cōueniet. p hec libamina celesti scificatōe saluat'
aīaꝝ quoq; suaꝝ sic salutem ꝑpetuam cōsequatur. P eundem.
℞ Amen. Postea subdiaconi aspgant diligent' cū linteamine
mensam altaris et deinde ipīs p̄sentantib; linteamina noua ⁊
munda uasa q̄z et ornamēta quecūq; ad cultū dei et ecclie ꝑtinētia
pontifex illa bn̄diat dicēs Adiutoriū nr̄z ī noīe dn̄i. Dn̄s uobiscu.
Omps et misericors deus qui ab initio utilia Oremus. orō.
et necessaria hoīb; creasti. templaq; manu hoīum fcā noī
scō tuo dicari tueq; habitatiōis loca uocari uoluisti. quiq; per
famlm̄ tuū moysem uestimēta pontificalia et sacdotalia seu
leuitica ⁊ alia queq; diuisigenus ornamēta ad cultū tuū et decorē

tabernaculi et altaris tui fieri decreuisti exaudi, propicius preces nr̃as

et omnia hec diuersarum specierum ornamenta in usum tue huius basilice

uel altaris ad honorem et gloriam tuam preparata purificare. sancti ✠ ficare

bene ✠ dicere et conse ✠ crare pro tue humilitatis suscipere digne-

ris. ut diuinis altaribus sacris que misteriis acta existant huiusque con-

fectionibus corporis et sanguinis dn̄i nr̄i ihu xp̄i dignus pareret

famulatibus. Per eundem. R. Amen. Hijs peractis ministri uestiant altare

lintheaminibus et ornamentis benedictis. supposito prius est [illegible] sine panno lineo cerato ad mensuram altaris fron. Et interim scola cantat. Antiphonam.

Circundate syon leuite altare do-

mini dei uestite uestimentis albis. Estote et uos canen-

tes hymnum nouum dicentes alleluya. V. Mirabilis

deus in sanctis suis. Gloria patri. Alia antiph. Circundate syon et com-

plectimini eam narrate in turribus eius. ps. Magnus dns. Quidam etiam dicunt sequentem. Versum.

Induit te dominus tunica iocunditatis et inpo
ſuit tibi coronam et ornauit te ornamentis ſcientie. V.
Luce ſplendida fulgebis et omnes fines terre adorabũt
te. ps. Et ornauit. V. Nationes ex longinquo ad
te uenient et munera defferentes adorabunt domi
num et terram tuam ĩſanctificatione habitabunt
et nomen magnum inuocabunt te. ps. Et ornauit. V.

Benedicti erunt qui te edificauerunt tu autem letaberis
in filius tuus quoniam omnes benedicentur et congrega
buntur ad dominum. ps. Et ornauit. V. In uelamento
alarum tuarum protege nos domine et in laude tua
gloriemur.

ps Deus deus meus totu dicat postea dr R̄n. Ornauerunt faciem tēpli. Re in Responsoria. Ad aperiat. Hys dictis thurificat ter sup altare in modū crucis dicēdo ad qualz thurificatōez. a.

Omnis terra adoret te et psallat tibi psalmū
dicat nomini tuo domine.

Descendat qs oro. Domine deus nr̄ sp̄s tuus sc̄s sup hoc altare et qui in ppli tui dona scificet

et ſumentiũ corda purificet. P dnm̃. no. i. x. filiũ tuum.
Poſt uelatũ uõ ⁊ thurificatum altare dicat᷑ coram illo. Oratio.
OMñps ſempiterne ds altare hoc nõi tuo dicatũ celeſtis
ũtutis bene ✠ dictione ſãifica ut omĩby in te ſperan
tibus auxiliũ tui munus oſtende. ut hic ⁊ ſacramẽtorum
ũtus ⁊ uotoꝝ optineatur effcũs. P dnm̃. R. Amen. Dñs
uobiſcũ. Bndicimus dño. Quiby expeditis pontifex ĩgredi
tur ſacrarium et parat ſe ſi uelit ad miſſam. Introitus eſt.
Dicit dñs ſmones mei. Re in feſto ſcĩ clemẽtis. Collecta.
EXaudi dñe p̃ces nr̃as ad ſatiſfaciendum nõi tuo hoc
altare benignus adeſto. ut ſacramẽtoꝝ hic ũtus et uo
toꝝ oĩum optineatur effcũs. P ds. Alia collecta dicitur in
cõmemoratiõe ſcĩ in cuius honore altare dedicatur ut᷑ quorũ
reliquie ibi ĩncluduntur. et dicitur ambe ſub uno. P.
MAgnificet te dñe ſcõꝝ tuoꝝ ill᷑. bta ſolempnitas q̃
et illis gl̃iam ſempit̃nam ⁊ opem nob᷑ ineffabili pro
uidentia cõtuliſti. P ds. Epiſtola. Lectio yſaie ꝓphete.
HEc dicit dñs deus. In illa die defferentur munus domi
exercituum. Et rex fortis dñabit᷑ eoꝝ. In die illa eĩt altarẽ
dñi in medio t̃re ⁊ cognoſcetur dñs ⁊ collent eum in hoſtijs et
muneriby. ⁊ uota uouebũt dño. ⁊ ſoluent et reũtentur ad dñm.
et placabitur eis. ⁊ ſanabit eos. In die illa eĩt iſrl᷑ bndictio in me
dio t̃re. Cui bndixit dñs exercituũ dicens bndictus pplˢ meus.
opus manuũ meaꝝ. et hereditas mea iſrl᷑. Dicit dñs omñps.
Rñ. Tollite hoſtias. Re f̃ria. quĩta ſub dñica de paſſione All᷑a. V.
Redemptionem. Reqre ſub dñica. iij. poſt paſcha. Euãgl̃m Amẽ
dico uobis niſi habũdauit. Re ſub dñica. vij. poſt penthecoſt᷑.
offertoriũ. Scĩficauit moyſes. Re ſub dñica. xix. poſt penthecoſt᷑.

Secreta. oro. Omps ſempiterne deus altare hoc noi. Require ſup
de altaris coſecratione et dicitur ambe ſub uno. P.

Intuor dne p̄cioſa morte iuſtor ſacrificiu illd offerimus
a quo martyrium ſumpſit omne principiu. Per. dnm.
Benedictio ſup pplm. Omps deus qui nos hodierna die ad co
ſecrationem. Re int̄ bndictiões mās. Oro. Tollite hoſtias. Requre
in eadem dnica. Poſt coio Deſcendat queſum. Re ſub eccle de
dicatōe. Alia poſt coio et dicitur ambe ſub uno. P. do.
Sit nobis domine ſacramenti tui certa ſaluatio que bea
torum tuorum. ill. meritis imploratur. P do.

De altaris portabilis conſecratione. Rū.

Ad conſecrandum tabulam ſiue altare portatile
parentur inprimis que ſup in titulo p̄cedenti
paranda diximus in coſecratione altaris que
fit ſine ecclie dedicatione. Excepto qd nec de reli
quiis. nec qd uas aque ponatur in pbrio ſz alibi ubi placuerit
ponatur. nec de cooptura linea cerata. nec de calice et ſabulo ul cemta
no. nec de duob cereis hic eſt, parandu. Pontifex igitur paratus
put ibidem dicitur ſtans ante ipam tabula dic mit depoita bndictioe;
Deum omipotentem fres dilectiſſimi uotis exul Oremus. Oro.
tantib deprecemur. ut qui p omnem mundum fidem ſumpſit
et eccliam cogregauit. qui es lapis excisus de monte ſine manib
qui angularem compagem ſolidauit hanc petram ſerenus illu
ſtret eamqz eterno lumine irrigatam ita multiplicib et diuiſis
cariſmatib locupletet. ut ſup illam ad miniſtrandam ſui cor
poris hoſtiam bene ✠ dicat et ſuſcipiat coſecratam. Qui ui. R.
Amen. Deinde bndicat aquā cu ſale cinere et uino ea coſecrando
incipiens et dicens ter flexis genibus. Deus in adiutoriu meum

intrante, prout sub eccle dedicatione in secunda aque bndictione dictum est usque ad pphationem illam. Sanctificare per verbum que hic non dicitur hoc saluo quod ubicumque fit mentio de ecclia et altari dicatur hic tamen de altari vel tabula. Aqua igitur bndicta mox ex illa faciat v cruces cum pollice dextre manus in medio tabule seu altaris per iiij. eius cornua dicens faciendo quamlibet crucem.

Sanctificetur et consecretur hec tabula. In noie patris et filij et spus sci. pax te ✠ cum ℟. Amen. Deinde inchoat et scola prosequitur. a. Asperges me. Re sub ecclie dedicatione. ps. Miserere mei deus. totus dicitur sine gloria patri. et repetitur ipsa. Antiphona. Et dum dicitur. a. et ps. aspergit cum aspersorio de herba ysopi facto ex ipsa aqua tabulam vii vicibus. nullo circuitu facto in terminis positis terminis et sibi ipsius inter unam aspersionem et aliam. Quo facto astergitur cum mundo panno lineo. Et mox pontifex Oremus. Oratio.

Deus qui es invisibilium rex omnium et invisibilium conditor et cunctarum sanctificationum institutor ad sanctificationem huius domus nostre inesse adesse digneris. et sacrato oleo et crismate a nobis indignis cumulanda quibus sanctificanda tue sancti ✠ ficationis in ea in fide virtutem et consecrationem. ut eius qui ad eam te deprecari accesserint tue propiciationis auxilium sentiant. Per xpm dnm nrm. ℟ Amen. Deinde epus inchoat et scola prosequitur antiphonam.



Dirigatur domine oratio mea sicut incen-



sum in conspectu tuo.

Et dum cantatur thurificet ter tabulam in circuitu eius. Post hec faciat cruces cum pollice in medio tabule seu altaris et

p[er]sy eius angulos de oleo scō cathecuminor[um] in eisdem locis
in quib[us] eas fecit cu[m] aqua scā dicens in una quaq[ue] unctione. Co
secret[ur] et tabula. In noīe pris et filij et sps scī. R Am[en]. pax te[cum]. A. et c[um]
R Amen. Et mox inchoat a scola p[ro]sequitur. Antiphonam:



Dirigatur oratio mea sicut incensum



in con spectu tuo domine. V. Elevatio



manuu[m] mea[rum] [illegible]

Et dum. R. cantat[ur] thurificat semel altare icirauitu. De[inde] p[res]b[yte]r dicit Oremus.

Adsit dne mi[sericordi]e tue ineffabilis pietas et sup[er] Oro.
hanc tabulam opem tue b[e]n[e]dictionis et u[irtu]tem
unctionis infunde ut te largiente referat p[re]miu[m] q[ui]sq[ui]s
intulerit uotu[m]. P[er] xpm. do. no. R Am[en]. Or[ati]o[n]e finita inchoat[ur] A.



Mane surgens iacob erigebat lapidem in titu



lum fundens oleum de super uotum uouit dno



sacrifici um uespertinum.

+94.5



uere locus iste sanctus est et ego nesciebam.
Et dum cantatur iterum de eodem oleo sco facit cruces in eisdem
locis tabule dicens Consecretur &c. et incboans Responsum
Vngatur. et thurificans, put fecit & dixit in precedenti ui
tione. Quo finito dicat Oremus. Oratio.
Adesto dne dedicationi huius tabule & in eam que anti
indignus sco linita sunt oleo bene ✠ dictionis &
scti ✠ ficationis tue uirtutem & consecrationem infunde. Qui
uiuis & re. R. Amen. Deinde pontifex inchoat & scola, psequitur. a.



Vnxit te deus deus tuus oleo letitiae pre consorti
bus tuis. ps. Eructauit cor meum. totus dicitur repetendo
sine ea finit. a. per singulos uersus & interim pontifex
facit cruces de crismate sco in eisdem locis ta
bule in quibus eas prius fecit de aqua & oleo sco
dicens. Consecretur &c. R Vngatur. et eleuans & thuri
ficans, put in prima unctione de oleo dixit & fecit. Post hec dicit
Oremus. Et dyaconus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.
Exaudi nos deus noster et precum nrarum libenter accipe uota.
et altare hoc ad celebranda omnia ministeria preparatum
celestis unguenti odore asperge. & aromata diuine sanctificati
onis illi infunde. et sicut lapidem iacob patriarche erecti
unguenti perfusione dicasti. et angelicis uisionibus gradus
ecce figurasti. sic & super hunc lapidem altaris coaptandum

celeſtis grãm bñdictiõis inmittat. ut dum ſup ſacri corp'r et ſanguinis unguenti tui miniſteria cõſecramꝰ petẽtibꝰ peccata dimittant̃ 7 merentibꝰ influas grãm ſempit'nam. P. xpm. do. ℟. Amen. Orõne finita icboat 7 ſcola pſequit̃ ant.



Erexit Iacob lapidem in titulum ... (marginal note:) hic ponatur lapidem sepulcrum sub altare dei. Oratio. Deus qui ex omni coaptatione sanctorum eternum maiestati tue condis habitaculum de edificationi tue in crementa celestia ut quod indignis hic patimore (?) completi mur eorum semper meritis adiuvemur. P xpm. d. n.

Ecce o dor filij me i ſicut o dor a gri plem



qm benedi xit dominus. Creſcere te ſa ci at



de us me us ſicut are nã ma ris et donet ti bi



Ps. Fundamenta eius. totus dicat̃ ſine Gl'ia patri. Et dum dicit̃ tur

de rore ce li bene dic ant. 7 ps. fundit 7 aſpgit oleum et criſma undiq; cõ fricans linens et ꝑ ungens cũ manu totum lapidem. Quo facto dicat Oremus Oratio.

Lapidem huc fr̃es kmi in quo unguentũ ſacre uictõis effunditur ad ſuſcipienda ppli ſui uota et ſacrificia. Oremus ut dñs cõſecret 7 bñ ✠ dicat. ut qd ẽ unctum a nobis ſit unctum i noĩe eius. ut plebis uota ſuſcipiat. 7 altario pſaciam unctionem pfecto, ppitiatiõem ſacrorũ imponimus ipi, ppiciatores dei ẽẽ mereamur. P dñm a



ti o nem. Fundam. Euouae.

Qui cum eo. uiu. et regn. R. Amen. Deinde thurificato sup lapi-
dem. Inchoans a. Edificauit moyses altare Et mox dicat
Oremus. Et dyacon. Flectamus genua leuate. Oratio.
Ds patris omnipotentis misericordiam de precibus dilectissimi
fratres ut altare hoc sacrificiis spiritualibus imbuendum nostre
uocis exoratus officio presenti bene + dictione sanctificet atque in
eo semper oblationes famulorum suorum studio suo deuotionis im-
positas benedicere et sanctificare dignetur: ut spirituali placatus
incenso precanti familie sue promptus benignus exauditor
assistat. Per dominum nostrum ihesum xpistum. R. Amen. Post hec benedicat
incensum sup altare cremandum dicens. Dominus uobiscum.
Oremus oratio. Domine deus omnipotens cui astat exercitus angelorum.
Require in fra sub benedictione noue crucis. Incenso itaque bene-
dicto formet. v. cruces. uidelicet quinque de v. granis eiusdem thuris
sup. v. loca altaris in quibus cruces de aqua et oleo et crismate pri-
mus facte fuint. et sup quintam crucem thuris ponat unam crucem
factam de subtili candela ad mensuram illius. Cuius crucis capita sint
accensa. ut sic eam thus accendatur et crematur. Quibus autem ac-
censis flexis coram altare genibus. Inchoat et scola prosequitur. Alla.
Veni sancte spiritus. Re sup sub altaris dedicatione. Cantatur etiam Antiphona.



Ascendit fumus aromatum in conspectu domini



de manu angeli. Et offi. Stetit angelus. Re sub festo de-
dicationis beati mychaelis et finitur sine Alla. Quibus
finitis ante altare stans dicat Oremus. Et
dyaconus Flectamus. genu. Le. Oratio

Huius altaris dn̄e holocauſtum ſcī ſp̄s tui gratia in fu-
ſum in odorem tue ſuauitatis aſcendat. P xp̄m. d. n.
℟ Amen. Poſt hec combuſtis candel̄ et thure cineres illius
combuſtioīs abraſi a bara altaris cū pānis lineis p̄ius ī aliq̄
uaſe collecti p̄iciantur in fontes. Deinde ad ip̄m altare reſpi-
ciens dicat orationem Oremus. Oratio.

Supplices tibi dn̄e deus p̄r omp̄s p̄ces effundimus ut ↄ
metalli hui᷒ expolitam matīam ſup̄ius imbuendā ip̄e
tue dicare ſāficatioīs ub̄tate digneris qui quondā lapideis
ſcripſiſti legem in tabulis. P. xp̄m. ℟ Amen. Et mox dicat
mediocri uoce iunctis manib; ante pectus:·

Per omīa ſclā ſclor̄. Dn̄s uobiſcum. Sursum corda. ↄ
Gr̄as agamus dn̄o deo nr̄o. Vere dignū et iuſtū eſt ↄ
equum et ſalutare. Nos t̄ ſep̄ et ubiq; gr̄as agē. Dn̄e ſcē p̄r
omp̄s et̄ne deus qui poſt offendicula lapſus p̄mi hoīs iſti-
tuiſti tibi offerri p̄piciatorii delinimenta libaminis ut culpa
que p̄ceſſerat p ſup̄biam futuris t̄p̄ib; expiaret̄ p munia qb᷒
ueneraren̄t altaria honorificarentur et templa. Q̄ d̄ t̄ p̄mus
noe p̄parauit officio. rurſus abraham īmolaturus filium.
dehinc iacob erigens et ungens lapidē in titulū. Te redeptor
mūdi exoramus ut lapidem iſtum ſeu m̄ſi   in honorem
tuū glioſeq; ūginis marie et omīū ſcōr̄ et noīm ſcī tui tal̄. cō-
ſe ✠ crare et ſcī ✠ ficare digneris b̄ndictioīs tue a lapſu
manib; nr̄is opem tue b̄ndictioīs infundēs et ſacri hui᷒ miſtīj
ſicut iſtitutor ita etiā et ſc̄ificator appare. Qui te angularē
lapidē et ſaxum ſine manib; excisum noīari uoluiſti. In-
hereas hic placato mageſtatis et̄nalis obtutu ut quicquid
ſacro ritu ſup hoc immolabitur ſicut melchiſedech oblatum

tibi placeat holocaustu͂. adsit m͞ie tue ineffabilis pietas
ut te largiente refferat p͞miu͂ quisq͞s intulerit uotum. ✝
Or͞o sequitur dicit plane legendo Qui cum deo p͞re ⁊ sp͞u s͞co v.
ui. ⁊ regn͞. ⁊c͞. ℟ Am͞. Deinde pontifex inchoat scola p͞sequente. a͞.
Cōfirma hoc deus ⁊c͞. ℣ Ve sup͞ de crismandis i fronte pueris. Or͞o.

Quesumus omp͞s deus uniu͞sar rex rōabil͞ artifex or͞o.
qui int͞ cetas creatura͞z formas lapidu͂ metallu͂ ad
obsequiu͂ tui sacrificij cōdidisti. ut legis libatōni pararetur
altar͞e. agimine dignant͞. ut q͞ꝗd hic oblatu͂ sacratu͂q͞z fiut nōi
tuo assurgat religioni p͞ficiat spei mitta͞r fidei sit honori.
P. x͞. d͞. ℟ Am͞. Postea thurificz s͞r tabula͂ i modu͂ crucis ⁊ inchoat scola prosequente antiph͞.



Omnis terra adoret te et psallat tibi psalmu͂.



Descendat q͞s d͞ne
d͞s n͞r sp͞s tuus s͞cs
sup͞ hoc altare q ⁊ ppli tui
dicat nomini tuo domine. or͞o dona s͞actificet ⁊ sumentiu͂
corda purificet. P. do. no. ℟ Am͞. Postremo abstergit͞ tabu
la cu͂ lineo pāno ⁊ cinis ei͞ combusti p͞iciuntur in fonte͞.
Quib͞ expletis pontifex si uelit dicat missam que ē sup͞
sub cōsecratione altaris. De cimiterii b͞ndictione.

Quamq͞m plerīq͞z asserant cimiterii b͞n
dictionē necessariam n͞o ēē dicentes
ad hoc cimitiis. extra ecclīam ⁊ cimitii
asp͞ssiones que fiunt q͞n ecclīa dedica
tur: nō tn͞ sup͞ uacuu͂ est sequentem bene

dictionem fieri. Sz q plerūqz cimitia sūt ab ecclia separata ⁊
nec om̄s ecclie sep secātur. in qua bn̄dictioē hoc modo pro
ceditur: ¶ Die nāqz p̄cedenti fiunt in cimiterio bn̄dicen
do. quinqz lineę ligneę cruces alte ad hoīs mensuram una
ī medio que fit altior. alia ad ortū solis. tcia ad occasum.
quarta ad septemtrionem siue ad aquilonē. quīta ad au
strum siue meridiem. Mane uō parat̄ pontifex. amictu.
stola alba. pluuiali albi coloris mitra simplici ⁊ baculo pa
storali siue manipulo. et ante om̄ia facit p̄plō breuem col
latioēm de scītate ⁊ libtate cimiterij ⁊ sitib;. postea illumi
nantur. xv. candele. tres in decē ante quālibet crucem super
aliqd lignū. Deinde ante mediam crucem et candelis
constitutis dicit. Oremus. Oratio.

Omnipotens deus qui es custos aīarū ⁊ corpor tuorū fidelium
respice, p̄picius ad nr̄e fuitutis officiū. ut ad introitū
nr̄m purgetur. bn̄ ✠ dicatur conse ✠ cretur ⁊ scī ✠ fice
tur. hoc cimiteriū. ut hūana corpora hic post uite cursum
in te quiescentia post hui᷒ uite uolumina m̄eant̄ adipisci
plennis gaudia uite. P xp̄m. do. no. ℞ Am̄. ¶ Et mox pa
rate sibi ante ipām crucē faldistorio accumbit. sup illud res
piciens ad ortū solis. ⁊ cantor incipit letaniam. Re eam sup
sub ordinatioē subdiaconi. qūqz dixit. Ut obsequium fui
tutis nr̄e ⁊c. sibiqz idem a choro Rnsum fuīt. tūc pontifex
surgens ab accubitu baculum pastoralem in sinistra tenēs
pducit ter signum crucis sup cimiterium dicens. Primo. Ut
hoc cimiterium purgare. bene ✠ dicere digneris. te roga
mus audi nos. Scdo dicat. purgare bn̄ ✠ dicere ⁊ sci ✠
ficare. Tcio dicat. purgare bn̄ ✠ dicē scī ✠ ficare ⁊ cōse ✠

crare. Quo f͠co ⁊ ad singl͡a a choro R̷ n͡so redit ad accubi
tum. cantore letaniā ꝓsequente. Qua finita surgens ab ac
cubitu respiens ad orientem bn̄dicat ibi aq̄m simpliciter
put fit in dn̄icis diebꝫ incipiens absolute. Exorcizo te cre
atura salis ⁊c̄. Re sup̄ sub ecc̄e dedicatio͡e in p̄ma aque bn̄
dictio͡e. Aqua igitur taliter bn̄dicta accedens ad crucem
orientalem inchoat ibi scola ꝓseq̄nte. a͡ᵃ. Asperges me. ps͡.
Miserere mei deus. totus dr̄ cum. Glia patri. et. a͡ᵃ. repetit͡.
Reqre sup̄ sub eccl͡ie dedicatio͡e. et dū. a͡ᵃ. ips͡ dicitur circum
⁊ ꝑambulat totū locū cimitij. sp͡gendo aquā bn̄dictam
ubiqꝫ incipiens circuire a pte australi. expleto aūt circuitu
rediens ante crucē orientalem dicat ibi respiciens ad o
rientem. Oremus. oratio.

Deus qui es totius orbis conditor ⁊ humani generis redem
ptor. cunctarumqꝫ creaturarum uisibiliū ⁊ inuisibilium ꝑ
fectus dispositor. te supplici uoce ac puro corde exposcimus
ut hoc cimiteriū siue poliandrum in quo famlor͡ʒ famlarūqꝫ
tuarum requiescere corpora debent. post curricula huiꝰ uite
labentia purgare sā ✠ ficare ⁊ bn̄ ✠ dicere digneris. qͥ
remissioēm oīum peccor͡ʒ ꝑ tuam magnam misericordiam uite cōfite
tibꝫ ꝑstitu corporibꝫ eor͡ʒ in hoc cimitio quiescentibꝫ ⁊ tubam
p̄mi angeli hic expectantibꝫ cōsolationē ꝑpetuam impar
tire. Per xp̄m. do. no. ℟. Amen. Deinde thurificat crucem ⁊
figit in sūmitate eius unā ex tribus candelis accensam
⁊ alias duas i duobꝫ brachijs crucis. Quo f͠co accedit ad
crucem occidentalem spargendo semp aquā bn̄dictam
ꝑ cimiterium ⁊ dicendo hos ps͡. Dn̄e ne i furore tuo

arguas me. Bñ quorū. sine glia pīi. Quib; expletis respi
ciens ad occidentem dicat ante crucem Oremus. Oratō.
Domine scē pater omps eterna magestas et una
deitas. pater et filius et sps scō. iusticie auctor
uenie largitor. bonor; dator. sc̄itatis origo castimatu
distributor. omniūq; ad te uenientiū pius receptor. pīa
ꝓpicius ut hoc cimitiu; ī honorē tuū ⁊ nomī sc̄i tui tali
dispositū bñ ✠ dici ⁊ cōse ✠ crari cōcedas q̄ bto abrahe
patriarche famlō tuo t̄ram a filiis effrem compatā cā sep
ulcri bñ dixisti ⁊ q̄ ꝓplō isrlitico ꝓmissiōis tellurē ī euo
duratem cōcessisti ⁊ famlōr; famlār; q; tuar; corpib; ī hoc
cimiteriū intrantib; quietis sedem ab oī incursiōe ma
lor; spiūum tutelam benignus largitor tribuas ut post
aīarum corpor;q; resurrectōem te donante btitudine;
sempitnam percipere mereamur. Qui in tinitate uiuis ⁊
regnas deus. ꝑ omnīa secula selor;. ℞ Amen. Post hec
thurificat crucem ⁊ figit ī sūmitate eius unā ex trib;
candelis accensam ⁊ alias duas ī duob; brachiis crucis.
Et inde uadit ad crucem australem spgendo semꝑ aq̄
bñdictā ꝑ cimitium ⁊ dicendo ps. Dñe ne in furore tuo.
Quo dicto. u̇sus ad meridiem ante crucem. Oremus. Orō.
Domine deus pastor etne glē. lux ⁊ honor. sapiētie
custos ⁊ uigor prudentie. salus egrotantū. ualitudo
potētum. mestor; solamen. uita iustor;. Gliā hu
milium. te supplices flagitamus. ut h̄ ꝯuor; tuorum
cimitium a bomī spurcicie inqnamto. ⁊ īmundor;
spiūum insidiis custodire mūdare ⁊ bñ ✠ dicere;
digneris atq; corporib; hūanis in hūc locū aduen-

Ceto

entib9 ſinceritatẽ ꝑpetuam tribuere nõ deſinas ut q̃cū
q3 baptiſmi ſacramentū ꝑceperunt et catholice fidei do
cumẽta tenuerunt atq3 de curſu hui9 eui tinuo corpora
ſua in hoc cimitio requie cõmdauerunt hic habeant te
p̃ſidente corpor3 ſuor3 requietõis ſedem donec i extre
mi iudicii die angelicis cõcrepantib9 tubis aĩas ſimul
cū corpib9 ſurgere de puluere ⁊ ad dextram partem
cum ſcis tuis aggregari ꝑmittas. P xp̃m. ℟ Amen.
Poſt hec thurificat crucem ⁊ figit in ſũmitate ei9 unã
ex trib9 candelis accenſam ⁊ alias duas i duob9 brachiis
crucis. Deinde uadit ad crucem ſeptemtrionalem ſpgẽdo
ſemp aquã bñdictam ꝑ cimiteriũ ⁊ dicendo pſ. Dñe exaudi.
i. ſine Gl'ia pr̃i. Quo fc̃o uſus ad ſeptẽtrionẽ. ad aquilõem
dicat ante crucem. Oremus. Oratio.

Domine ih'u xp̃e qui corpus hũanum de t'ra p angli
ca reparatiõe formaſti in tẽpore redemptiõe aſſump
ſiſti in t'ra p cõdictiõe carnis reſolutus. de t'ra p imortalitate
reſuſcitatus hanc t'ram q̃ſumus ad uſum ſepulture bene
dictiõe tui ſepulti corpis cõſecrare digneris et baptiſma
te tibi cõſepultos in natura carnis hic ſepeliendos ſub
ſpe tue reſurrectionis in tue redemptiõis miã requieſcẽ
cõcede. Qui uẽturus es. ℟ Amen. Hic thurificat crucẽ figens
i ei9 ſũmitate unã de trib9 candelis accenſa3 ⁊ alias duas i du
ob9 brachiis crucis ⁊ inde uadit ⁊ redit ad crucẽ mediã ſp
gendo ſemp aquã bñdictã ꝑ cimitium ⁊ dicẽdo lxx pſ. De pro
fundis. Dñe exaudi orõ Q'b9 dc̃is uſus ad orientẽ dic̃ ante
Adeſto q̃s dñe deus obſequiis nr̃is crucẽ Dñe orõ
ut in noĩe tuo hũc locum nr̃e fragilitatis miniſtio

sicut

ſicut bñdixiſti p manus ſuorũ abrahe. yſaac et iacob t̃ram ſe
pulture ſue peregrinatiõis. Ita queſumus dñe bñ ✠ dicere
⁊ cõſec ✠ rare digneris hoc cimiterium p̃cio crucis unigeniti
filij tui dñi nr̃i ihũ xp̃i ſanguinis tipice cõparatum ad nr̃e pe
regrinatiõis corpa donec p eũdem dñm nr̃m ihm xp̃m depul
uere ad gl̃iam donec reſurgenda. Qui tecum. uiu. ⁊ reg. Inunita.
ſp̃s ſci deus p omĩa ſclã ſclõr. ℞. Amen. Deinde dicat mediocri
uoce iūctis manib; ante pectus hanc ꝓbationem.

P Er omĩa ſclã ſclõr. Dñs uobiscum. Surſum corda. Gratias
agamus dño deo nr̃o. Vere dignum ⁊ iuſtum eſt equum
et ſalutare. Nos tibi ſemp ⁊ ubiq; gr̃as agere. Dñe ſcẽ pater
op̃s et̃ne deus. P xp̃m dñm nr̃m. Qui eſt dies et̃nus. lux indefi
ciens. claritas ſempit̃na. qui ſic ſequaces ſuos in luce p̃cepit
ambulare ut noctis et̃ne ualeant caliginem euadere et ad
lucis patria filicit̃ peruenire. Qui p humanitatem aſſumptã
lazarum fleuit p diuinitatis potentiam uite reddidit atq;
humanũ genus quadrifido. peccõr male abrutum ad uitam
reduxit. P quem te dñe ſuppl̃r dep̃camur. quatenus qui
in hoc ſeppelientur poliandro in nouiſſimo cum tube pſtre
perint angelor a peccõr nexib; abſoluti ⁊ et̃ne felicitati red
diti ⁊ ſcõr cetib; annumerati. te qui es uita et̃na benignũ ⁊
miſericordem inueniant. ut te auctorem uite exultantes
cum omĩb; ſcis collaudent. Tunc thurificat crucem figẽs
in ſũmitate eius unam de trib; candelis accenſam et alias du
as in duob; brachijs crucis. Poſtea dicat dyaconus Oremꝰ. Flec
tamus genua. Leuate. Oratio.

D Omine ſcẽ pater omp̃s et̃ne deus bonor omĩum ⁊
ſcificator ⁊ reformator ĩ melius aquo ⁊ p quẽ omĩ

bndictio decelis descendit intris. bene ✠ dicere dignare locum istum ut sit poliandrium seu cimitierium. i. dulcis requies pausatio mortuorum quo anime quarum corpora hic sepulta vel sepellienda sunt. iocunditatis tue dulcedine pociantur. sintque intuitu in superna ihrlm gaudentes et letantes donec in magni iudicii die de sepulcris, ppa corpora accipiant. et sic uenienti dno ad iudicandum obuiam cum fructu bone operationis occurrant. Per dnm nrm. R. Amen. hijs peractis bndicat pbr et intrat eccliam paratus se si uelit ad missam collectam.

Deus cuius miseratione aie fidelium requiescunt huic cimiterio quesumus dne angelum tuum scm deputa custodem et quorum quarumque corpora intus hic sepelliuntur aias eorum ab omnibus absolue uinculis delictorum ut in te semper cum scis tuis sine fine letentur. Per dnm. Secreta.

Munera dne oblata scifica. et qui te ipsum i sepulcrum pom uoluisti et exemplum resurgendi fidelibus tuis ligari dignatus es. da qs fidelium tuorum aiabus hic intus quiescentibus ueniam pctorum ut hec salutaris hostia sit remedium et requies aiarum eorum et corpum. P do.

Muneribus sacris satiasti qs dne ds nr ut plebs tua que i futuro a morte corporis resurrecturam creditur te miserante a morte aie resurgere mereantur. P. do. P^9 com.

De ecclie ac cimiterij reconciliatione:

Ecclie ac cimitij reconciliatio omni die fieri pot. et est notandum quod ubi cimiterium est cum ecclia consecrata coniunctum dicunt quidam quod una et eadem e consecratio ecclie et cimitij que

fiunt in cõsecratiõe ecclie loco bñdictiõis cimiterij hẽntur
nec alia enim bñdictio necc̃a est sicut in tractatu pcedenti
dictũ est. Unde cum una et eadem utriusq3 sit cõsecratio et
cõunitas alterutro eorum violato ul' polluto utrumq3 erectũ
pphanatũ violatũ ul' pollutum ẽe censetur q2 unitas
diuisionẽ nõ capit. Ideoq3 una et eadem ẽe debet forma
reconciliationis utriusq3 qm par est ius ligandi et
soluendi. et unumquodq3 eo genere solui debet quo ligatũ
est. idemq3 dicendũ est in ecc̃a nõ cõsecrata cũ eius et
cimiterij ei cohẽrentis una et eadem cõunitas habeat.
In plerisq3 locis huiusmodi intpretatur ut ecclia violata ul'
polluta cimiteriũ illi cohẽrens violatũ ul' pollutũ ẽe
uice pmissa intelligatur. sed nõ econuerso cũ ecclia et eius
cõsecratio dignior sit et pncipalis. alicubi uero ecclia vio
lata ul' poluta cimiterium violatũ ul' pollutum minime
reputatur. In quibus casibus ecclia recõciliãda in rõnali
diuinorum officiorum diximus in parte pma sub titulo de
ecclie dedicatiõe. In reconciliatiõe itaq3 ecclie simul ac ci
miterij et etiã in reconciliatiõe ecclie pro se tantũ. hoc saluo
quia tunc oro illa. Domine pie. et in letania de cimiterio
tacetur procedit isto modo. Paratis namq3 que ad hec
necessaria sũt. uidelicet parato faldistorio sup tapetum in
medio cimiterij et altari omnino nudato. paratis etiam
duobus uasis cũ aqua uno ibi et alio infra ecclesiam in pbrio.
puisio etiã qd ecclia possit libere recõciliari. Pactis etiã uino
sale et cinere. pontifex ornatus amictu alba stola pluuia
li mitra alba et simplici. et cambuca sine manipulo cõsti
tutus ante paratũ faldistoriũ respiciens uersus orientem


bndicit ibi simplicit aquā cū sale p ut fit in dnicis dieb.
Require sup sub dedicatōe eccłie. in pma aque bndictōe.
aqua igitur bndicta. Inchoat scola psequēte. an. Aspges
me dne. et ibidem ps. Miserere mei deus. totus dicitur
in fine. Glia pri. et an. repetitur. Interim aut dum. an. 7 ps. de
dicitur aspgat cū ipa aqua incircuitu de foris eccliam 7
totū cimiterū 7 spalr loca cōtaminata. qn cimiterium ē
pncipalr uiolatum seu pollutū. Quo fcō rediens ad locū
ubi aquam bndixit dicat ibi. Oremus. orō. Omps 7 mi
sericors deus qui sacdotibus 7c. Re sup sub eccłie dedica
tione. Qua orōne finita dic iter ibidem. Flectamus. ge. le.
Aufer a nob domine cunctas iniquitates nras. orō
Aut ad locū tuo scō noīe purificandū puris mentibus
tibus accedere. P do. R. Amen. Et iter dicit ibidem. Oremus.
Et dyaconus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.
Domine pie qui agrum figuli pcio sanguinis tui in se
pulturam peregrinor comparari uoluisti qsumus
dignant reminiscere clemtissimi hui ministij tui. Tu es
enim dne figulus nr. tu qui es pcium 7 dedisti etiā et susce
pisti. tu de pcio 7 in pcio tui muneris sanguinis nos redēsti
donasti. Tu ergo dne qui es offensois nre clemtissimus
indultor 7 potentissimus indultor iudicij tui sup habūdātissimus
tissimus misator. iudicium tue iuste seueritatis ab scō dens
post misatiōem tue pie redemptois. adesto exauditor et
effector nre recōciliationis. istudqz cimiterū in mansiolum
pegrinor tuor celestis patrie inrelatū expectantiū purifi
ca et recōcilia. ubi hic tumulator corpa de potentia 7 pietate
resurrectiois ad gliam incorruptois nō dampnans

glificans resuscita. Qui venturus es iudicare vivos
et mortuos. ℟ Amē. Postea cantor incipit letaniam. et
pontifex ingreditur ecclesiam cū clero cantando eam coram al
tare sup faldistorium ꝑparatum accumbit. cumq; cantor di
xerit Vt obsequium ſ'uitutis nr̄e ⁊c̄. et sibi a choro idem
R̄n sum fiut. tūc ep̄s se erigens ⁊ ter sup̄ ecc̄am ⁊ altare signū
crucis coīter, ꝓducens baculum pastoralem in sinistra tenens
dicit Vt hanc ecc̄am ⁊ altare hoc ac cimiterium purgare ac
recōcili ✠ are digneris. te rogamus audi nos. Sc̄do dicit
purgare recon ✠ ciliatōe cimitium ac sc̄ificare ✠ dig
ris. te rogamus audi nos. Quib; dictis ⁊ ad singula a cho
ro R̄nso. iter̄ sup faldistoriū accumbit. cantore letaniam re
sumente et ꝑseq̄nte. Qua finita pontifex exurgens dicit.
Oremus Et dyaconus. Flectamus genua. Levate. Oratio.
Deus qui peccati veteris h̄editatem ^[sciam] mortem in qua
posteritatis genus om̄e subiecc̄at xp̄i filij tui do
n̄ri passiōe solvisti. da ppicius ut ^[formes] confiomites eidem ^[facti] sic̄
ymaginem ^[ētrou] etiā parentis nature neccessitatem ger
mus. ita ymaginē celestis gr̄e sc̄ificatōe portemꝰ. ihū
xp̄i dn̄i n̄ri. Qui tecū. vi. ⁊ r̄. ℟ Amen. Subsequent̄
ep̄s b̄ndicit in p̄brio aliam aq̄uā cū sale cinere ⁊ vino cō
miscens om̄ia. Incipiens ⁊ dicens ter Deus i adiuto
riū meū itende, ꝑut h̄etur sup̄ s̄b tractatu de ecc̄ dedica
tōne i s̄a aque b̄ndcōne. tūc ꝯtinue usq; ad ꝑp h̄er̄ illā Sā



Exurgat deus et dissi

ficare ꝑ'ūbū. q̄ hic nō
d̄r. aqua igitur talit̄
b̄ndicta ep̄s inchoat
scola prosequente. A.



pentur inimici eius et fugiant qui oderunt



eum a facie eius.

ps. Intelectus. Benedicite domino deo. totum usque in finem ipsius ps. sine. Gloria p. et a. post ps. repetitur: Dum autem a. i ps. dicuntur pontifex circuit ter ecclesiam intrinsecus aspergendo parietes in primo et secundo circuitu. in tertio vero pavimentum aspergat et specialiter loca contaminata. quando ecclesia principaliter est polluta vel violata. et sine necesse fuit premissa a. ad singulos versus repetatur. Quo facto stans in pulpito dicit coram altari. Oremus. et diaconus. Flectamus genua. Levate. Oremus.

Deum indultorem criminum. deum sordium mundatorem. deum qui concreptum peccati originalis mundum adventus sui nitore purificavit. fratres karissimi supplices deprecemur: ut contra diaboli furentis insidias fortis nobis propugnator assistat. ut quicquid eius virosa calliditate cotidianis insectationibus maculatum in loco isto corruptumque fuit. efficiatur celesti miseratione purgatum atque in priorem statum in integrum restitutum. quo fuit diabolica fraude pollutum. que sicut illius est soldum perfectumque cessare ita auctoris et creatoris nostri est lapsa restituere. nutantia stabilire. et corrupta purgare. Qui cum deo.

